



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 138. Societatis Scriptores hoc anno mortui.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

**Sæc. XVII.** risis acuebat, ubi etiam anno ætatis  
**A. C. 1610.** suæ sexagesimo nono die prima Januarii  
 naturæ debitum solvit. Anno Christi  
 millesimo quingentesimo septuagesimo  
 quinto Opera Irænæi necnon libros Ruth,  
 & Esther, Jonæ Prophetiam, & D. Pauli  
 epistolam ad Philemonem, & S. Jacobi,  
 Petri & Judæ epistolas eruditè com-  
 mentariis illustrabat. Inter plures dog-  
 maticas ejus lucubrationes præcipue  
 celebratur illius *Theomachia Calvinistica*,  
 in qua Calvinistis quadringentos errores  
 exprobrat. Auxerat etiam Alphonsi de  
 Castro libros de Hæresibus: scripsit quo-  
 que Historiam de fundatione Templi &  
 Abbatix Montensis ad S. Michaelem,  
 & Homilias quasdam in Christi & S.  
 Joannis Conceptionem, & in Jobum  
 quædam etiam opuscula Sancti Ephrem,  
 aliorumque gallice reddidit præter Po-  
 stillas in Nicolaum Lyranum: denique  
 præter plures alios tractatus edidit an-  
 notationes in tractatum Arnobii junio-  
 ris de concordia gratiæ & liberi ar-  
 bitrii.

## §. CXXXVIII.

*Societatis Scriptores hoc anno  
 mortui.*

*Alegamb.* Plures ex Societate Scriptores admo-  
*Bibl. Script.* dum celebres hoc anno fati fun-  
*Dupin. l. c.* ctos

ctos reperimus, atque inter eos haud  
 infimus est Benedictus Pererius patria  
 Valentinus, qui commentarios in  
 Genesin & Danielis Prophetiam copiosa  
 eruditione insignes edidit. Elucubrabat  
 quoque selectas quæstiones in totam  
 Scripturam præter tractatum de super-  
 stitionibus: Ubique elucet non modo  
 sermonis puritas, sed & magna iudicii  
 soliditas & exacta notitia de Patrum  
 opinionibus circa quæstiones agitata.  
 Optandum tamen foret, inquit Dupi-  
 nus, ut calamo minus vago, atque in-  
 tra limites difficultatum circa Sacræ  
 Paginæ Historiam restricto usus, ad alie-  
 nas quæstiones non excurrisset. Den-  
 atus est hic Author Romæ die sexta Maji,  
 annos natus septuaginta quinque. Huic  
 pari fato nec minori laude successit  
 Matthæus Riccius natione Italus de  
 Ecclesia Sinensi optime meritus, qui  
 etiam primus exstitit, cui concessum  
 jus ab Imperatore Vanleo in Pequinensi  
 Regia sedem figendi, adjecto ad victum  
 censu. Scripsit præter Mathematicas  
 lucubrations quamplurimas, explana-  
 tionem doctrinæ Christianæ, brevem  
*de amicitia* Tractatum, alium librum *de*  
*Ethica*, necnon *morum præcepta Sinis*  
*antea inaudita*. Laudabat illum etiam  
 os alienum Patris Eliæ Carmelitæ Ex-  
 calceati in sua Legatione Ecclesiæ  
 tom. 2.

Sæc. XVII.  
 A. C. 1610.

Lexicon  
 Univers.  
 Basil. lit. P.

Sæc. XVII. tom. 2. cap. 31. Tertius est Robertus

A. C. 1610. Personius Somersætæ in Anglia natus,

qui præsens & absens in hæreticis convertendis, & Catholicis in fide firmandis per triginta annos plurimum deludabat, ac propterea sæpius ad necem quæsitus, & pene ab hæreticis captus, cum corporis speciem animo suo heroico dignam haberet, non raro immisos satellites fallebat, fervente autem Anglicæ in Catholicos vexationis æstu ipse Romam auffugit, sæpius sub alieno habitu in messem suam reversus. Obtulit eidem Clemens VIII. Purpuram, quam tamen humili animo deprecatus est, ne ut interpretabantur alii, se vel obtulisse ipse Pontifici, vel Regis Hispani de se iudicium præcoci ambitione jactare voluisse crederetur. Decessit Romæ decima quinta Aprilis anno ætatis suæ sexagesimo tertio. Plurima non tamen suo sed alieno nomine ediderat, quorum catalogum Pater Alegambe contexit: celebriora tamen sunt ejus tractatus *de Sacris alienis non adeundis, de Persecutione Anglicana, de Martyribus Anglicis*, præter ejus apologias contra editam Regine Elizabethæ, Eduardum Comptonem, Mortonum, Barloun, Kharkium Han-

*Juvenc. hist. Societ.*

*Apol. Jac. I. ad Rudolph. & Principes p. 134. & 136.*

merum & alios: Scripsit etiam adversus Jacobum I. Angliæ Regem, qui inde ira commotus illum *Paragraphistam* vel potius

potius petulantem, fugitivum & perversum hominem non confutatione sed resti-  
gnum appellabat. Ceterum præter hos varia etiam scripta reliquerunt P. Hen-  
ricus Samerius, Joannes Theodoricus, Alphon-  
sus de Castro, Joannes Voellus, Nicolaus Boanartius, qui Gro-  
tium confutabat, & Thomas Sanchez, cujus tres tomi de Sacramento Matri-  
monii omnem applausum tulere.

Sæc. XVII.  
A. C. 1610.

§. CXXXIX.

*Thomæ Bozii, Olivarii Hattemii  
& Elichii fata.*

Patres Oratorii Romani pariter hoc anno lugebant mortem sui Sodalis Thomæ Bozii, qui Eugubii in Urbina-  
tensi Ducatu natus, omnique ferme scientiarum genere excultus præcipue Historiæ studio insudabat: Edidit tractatum de signis Ecclesiæ, alium de ruinis gentium & Regnorum, ac denique adversus Machiavellum librum de antiquo & novo Italicæ statu. Præterea ingens parabat opus, scilicet *annales Antiquitatum*, morte tamen præventus nonnisi duos tomos absolverat: Exstant quoque illius lucubrationes de *Imperio virtutum*, de *robore bellico* & *jure Statu*:  
*Hist. Eccles. Tom. LIV.* P p tus:

Joan. Nic.  
Pinac. I.  
pag. 93.  
Miræus  
Bibl. Script.  
Sæc. XVII.  
Andr. Bibl.  
Belg. tom. I.  
l. 12. c. 23.